



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 99. Harum propositionum censura

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

*ubicunque terrarum usque ad ignem, & illos Sæcul. XV.
nunquam revocare, dicens, se non esse de nu- A.C. 1482.
mero Prædicatorum, qui sua revocant.*

§. XCIX.

Harum propositionum censura.

Igitur postulante Joanne Roerio Tor-Argentre
nacensi Canonico ac Theologiae Do-l.cit.

etore Facultas theologica Parisiensis con-
ventum celebravit, in quo quamlibet ex
præfatis propositionibus sua censura
notabat, ac de prima quidem asserebat,
quod quamvis iste terminus proprii sit æ-
quivocos, propositio tamen in se sit scanda-
losa, in fide erronea, Hierarchici ordinis
destructiva, & pro conservatione ejusdem
Ordinis publice revocanda & abjuranda.
Dein prosequitur Facultas: Secunda pro-
positio, prout jacet, est scandalosa & juri
communi contraria, necnon pro subditorum
ad Prælatos debitæ obedientiæ & reveren-
tiae observantia publice revocanda. Tertia
est falsa, & de hæresi vehementer suspecta,
ac juri communi contraria. Quarta est
contra dispositionem juris naturalis & di-
vini, ideoque falsa & notorie hæretica.
Quinta est falsa & injuriosa. Sexta, quia
indeterminate loquitur, est dubia, & nullo
modo populo prædicanda. Septima est juri
communi contraria. Octava est scandalosa,
blasphema, notorie hæretica, & erronea.

I 3

Nona

Secul. XV. Nona est itidem scandalosa, & blasphemia.
A.C. 1483. necnon piarum aurium offensiva. **D**ecima
 est in se dubia, & ad mentem afferentis pa-
 modum Jurisdictionis, & ordinariæ potestis
 de falsitate suspecta & scandalosa, nullatenus populo publice prædicanda. **U**n-
 decima est periculosa, & nullo pacto pro-
 dicanda, ut jacet. **D**uodecima est falsa san-
 dalosa, & sapiens manifestam hæresim. **D**e-
 cima tertia est falsa & mendacium mani-
 sium continens. **D**ecima quarta includit di-
 etum hominis protervi & pertinacis, nequa-
 sufficiens ad procedendum contra eum judicio-
 liter tanquam contra vehementer de han-
 suspeatum.

§. C.

Censura propositionis de Indulgeniis

Eodem Anno Joannes de Bethancourt
 Parisiensis Theologicæ Facultatis Do-
 CTOR, ac Meldensis Collegii Theologus se-
 quentem, quæ in Santonensi Dicecesi ex-
 suggestu dicebatur, propositionem denun-
 ciabat: *Quælibet anima in purgatorio ex-
 stens, & ad certum tempus a divina iustitia
 ad hunc carcerem damnata, confessim ad ca-
 lum evolat omnino a pœnis liberata, quam-
 primum in ejusdem suffragium pro fabrica
 Santonensis Ecclesie ad S. Petrum sex num-
 mi Francici (*) in eleemosynam offeruntur.*

Cum

(*) In lingua Gallica vocatur Blanc,

Argentre
 Collett. ju-
 dic. p 306.